MONUMENTA
GERMANIAE

[A]dulfus[a] comes de Anaxone[b] congregavit exercitum contra Albertum ducem Austrie ubi occisus est. Vir strenuus[c] fuit in armis sed quia pauper in potencia deficiens. Celestinus na(cione) Abrutinus sedit anno quasi dimidio. Vir vocatus Petrus de Morone[d] heremiticam vitam agebat. Vir pontifex factus viam innocencie tenuit. Decipiebatur tamen in iugentis conferendis[e] earum noticiam habere non prevalens tum[f] propter etatem decrepitam tum propter inexperienciam[g]. Et inveniebantur ter et quater gratie replicate et vacua m(em)brana bullata. Hoc igitur aliqui de collegio percipientes submonucare ceperunt ecclesiam fluctuare[i] et tandem pape intimant, ut anime sue periculo caveat. Interim curia transfertur Neapolim et facta sollempni processione supplicant ei ex parte regis et populi ut non cedat. Ille annuit, nisi aliud appareat. Post hoc nonnulli cardinales monicionem replicant ostendentes sub palio sanctitatis posse anime iminere periculum, quia ex sua simplicitate multa evenirent enormia. Quibus tandem vir sanctus consentit Et 3° constitutionem facit de fratrum consilio quod papa in certis casibus resignare potest quam constitutionem Bonif(acius) VIII^us

a) am Rande schwarz: A. b) ita c.
c) strēnuus c
d) ita c.
e) ?
f) tū c
g) inexpicentiam c.
h) gt̄e repli^te
i) fluctuar' c
~~pp^e~~ c
a^d c.
3° c. ? oder 2° (ultimo?)